Quelle:
Copyright:

1Z.

Bernardi Bottoni Parmens. Repertor: jur: can:

154a–189b

Bernardi Bottoni Parmensis Repertorium juris canonici ordine alphabetico exaratum. Primum vocabulum est: "Abbas. abbas sine licentia superiorum non potest dimittere abbatiam." Finitur vocabulo: Yconomus, cui subjungit ipse author: "De residuis istius littere inspicias aliud opus", quod dicitur lumen ad revelationem gentium in fine. Ego quidem Bernhardus p̄ meris in his finem faciam sermonis mei, et siquidem bene, hoc et ipse velimus. Explicit repertorium bernhardi. finito libro sit laus, et gloria Xto." &c:

Bernardus Bottonus, a patria vulgo Parmensis, Doctor, et Bononiensis Academiae Praefectus, nec non S. Palatii Apost: Auditor, floruit tempore Innocentii IV Papae circa annum 1240. Confecit apparatum super decretales Gregorii IX, scripsitque casus super easdem. Sed Repertorii nostri, uti etiam libri qui dicitur: Lumen ad revelationem &c: nullus, quotquot consulere licuit Eruditorum meminit. Freh: Theatr: vir: pag: 870. ubi de Nicol: Bottono. Michaela S. Jos: Bibl: critica T. 1. pag: 487. Fabr: Bibl: med: & inf: Lat: T. 1. p: 279.